aut eius haeredes et substantia supra recensitorum bonorum Magni Marschalci Regni atque Generosi Lipowski vel eorum bonorum Terrestrium castri Capitaneatus Premisliensis ex tunc recognitionem supradictam quemadmodum spectat mequoad semper in forma citationis Terrestris tanquam praeemptorie stare nec ponere matere responsum contractui huic inscriptioni satisfacere ac omne quod ratione debebit ac tenebitur atque suos haeredes ad eam omnino obligat suumque terminum praeemptorium et alios omnes consequentes cum eius terminis semper praeemptoriis vera simultate minorennitate bonorum legationum intra vel extra Regnum servitio militari admonitione ad omnem vel alias quorumcumque dictionibus et legalibus impedimentis non differendo ad quamlibet orta paras terminos ossis officii Castrensis Premisliensis dilatione nec suspensione nullasque munitas appellationes ac eam exceptiones facientes ac omnia praemissa simplicibus vel duplicatis eam suspensionibus fatalibus sumus iurisdictione beneficiis contributionibus et aliis omnibus iuris remediis et defensis non subterfugiendo. Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Actum in Castro Præmisliensi Feria Quinta in Vigilia Festi Sancti Iacobi Apostoli Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo primo.

24/VII
1631

Błazowski Radiłowskiemu Cedit

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis Nobilis Bartholomaeus Błazowski olim Nobilis Janussii Błazowski filius sanus mente et corpore existens a Terris et Districtibus quibus Incolatus sui bonorum proprius et competentes residentiam habet aut iurisdictioni Castrensi Capitaneatus Premisliensi quoad acta praesentia attinet se conjunctus ac bona sua quaevis omnia totaliter et plenarie inexpositam atque subiectam sponte libere publice ac personaliter recognovit suo ipsae de omni et integro iure suo vigore Inscriptionis Terrestris Premisliensis sibi recognitae per Nobilem Janussium Lipinski super summam Ducentorum florenorum Polonicae sibi in simplici debito facta et recognita [illegible] de summa obligationis Vitarum de summa praefata Ducentorum florenorum cum omni praeemptione iure dominio et proprietate cunctis omnibus et singulis eiusque Inscriptionis punctis clausulis articulis vadiis ligaminibus et reliquis summae praefatae emolumentis quaecumque redditibus onnibusque ac quavis prorogatione nihil penitus sibi haeredibus aut aliis quarumvis excipiendo omnibus referendo vel excipiendo vel ius quod praemissa omnia sibi recognita fore melius ac eius continebat [illegible] expresse et de facto Generoso Joanni Radiłowski et posteris successoribus acceptanti ob [illegible]

praemissis omnibus plenariae et sufficienti satisfactione cedit et condescendit omneque et integrum ius suum praemissorum omnium in personam eiusque cessionari sui et illius posterorum totaliter et plenarie transfudit habilitat et incorporavit prout praesentibus transfundit transfert et incorporat perpetuo. Per ipsum Generosum cessionarium suum et illius posteros hocque iure cessum praemissorum omnium cum universis beneficiis et praerogativis tenendi habendi possidendi summam praefatam tollendi levandi percipiendi delevata ac percepta quietandi ac pro ea si non fuerit soluta iure agendi praemissaque omnia tanquam sua propria ad suos suorumque Successorum quosvis beneplacitos usus libere ac effectualiter convertendi. Vigore praefati iuris originalibus sibi resignati ac praemissorum omnium a se nientibus ea omnia latius in se complectentes et praesentis inscriptionis cessionariae et condescensionis. Nihilominus idem resignans Nobilis Bartholomaeus Błazowski olim Nobilis Janussii Błazowski filius suprascripto Generoso Joanni Radyłowski ac illius posteris dat et concedit plenariam facultatem omnimodamque potestatem inscriptionem praesentem cessionariam ex his actis Castrensibus authentice depromptam ad Acta Terrestria Premisliensia quandocunque voluerit transferendi et transportandi quae transportata tanti valebit ac si per ipsummet resignantem transportata foret. Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Actum in Castro Præmisliensi Feria Tertia post Festum Sancti Iacobi Apostoli proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Primo.

29/VII
1631

Ligęza Boguskiemu Debet Eidemque Adducet

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Paulus Ligęza de Bobrek Gladifer Terrae Premisliensis sanus mente et corpore existens a Terris et districtibus quibus